



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Richardus Blondus quis fuerit. n. 35.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1719.

num distinctio, existimare tamen idem ab ijs impetrari posse qui mentem ab  
humanis rationibus haud prorsus abduxere, hominis est humanam infirmita-  
tem parum accurate perpendentis. Experienciam præterea compertum erat tum  
a nterioribus annis in plerisque Societatis Prouincij (ut libro primo notatum  
est) tum recentiori memoriam, non in solis Latinis Græcisue literis tradendis,  
sed in præceptis Philosophorum & Theologorum disceptiendis, certare posse  
cum plerique nationibus Angloru non pauca ingenia. At dissoluta compage  
quæ haec tenus Missio in hanc cœuerat amplitudinem, & rursus dispersis in varia  
Prouincias, vbinam gentiu Cathedra reperitentur in quibus tam magno nume-  
ro, tantoq; cu Societatis, & vero Catholica fidei splendore & incremento exer-  
cerentur? Plenæ sunt omnes Prouincie doctis viris, quæ ut numero Personarū,  
& diuersitate idiomatum, & negotiorū dignitate cogentibus sunt alibi per or-  
bem terrarum variata, mirum cuiquam videri nequaquam potest idem illu-  
stri huic Missioni concessum esse; & laudanda profecto est Patrum grauissi-  
morū Prouidentia qui in hanc sententiam cum *Mutio Generali* & *Afflentibus*  
conuenere. Accedit quod Principes per Eutopam viri, tum eorum qui se-  
cularia tum qui Ecclesiastica tractant gubernacula, hoc corpus Anglicanæ  
Missionis habuerunt semper in oculis non tanquam Prouincie alicuius parti-  
cularis commodis interuiens, sed Ecclesiæ Vniuersæ sustinens causam, vt quod  
haeresis iugulum omni spiritualium armorum genere peteret, & modò illu-  
strum Confessorum eximiâ virtute, modò fortissimorum Martyrum sanguine  
Christi vineam irrigaret. His fundamentis Seminaria per Hispanias & per  
Belgium à Rege Catholico constituta sunt; Haec spectarunt ij qui eadem non  
fauore solum & gratia sed copiosis eleemosynis prosecuti sunt; Hoc Ciues  
Hispalenses, hoc Palentini Canonici, hoc Reuerendissimus Audomarensis,  
hoc Bauariae Serenissimus Dux, qui Collegium suum Leodiense disertis verbis  
Societati Iesu Anglicanæ Nationis tradidit, post constitutam quidem Pro-  
uinciam, sed & ante constitutam, domum eandem, cùm ibi Tyronei Reli-  
gionis rudimenta ponerent annuâ liberalitate sustentauit, non ut præter So-  
cietatis morem, liberum non esset Generali Præposito cuius vellet Nationis  
Superiores, Adiutoriū imponere, sed vt Corpus idem (quocunque demum  
seu Missionis, seu alio meliori nomine vocaretur) integrum in uiolatumq; per-  
leueraret, & creceret. Quod Corpus si per gradus quosdam in eam amplitu-  
dinem non coaliisset aut post coagulationem factam fuisset specie decreti  
confestim in varia distractum, omnis illa de Anglia regno per Sacerdotes,  
Theologos, Concionatores, aut harum rerum scriptores, studiososue iuan-  
do cogitatio clanguisse. Nunc vero, quando in communem cum ceteris So-  
cietatis Prouincij rationem est excitatum, de reliqua eiudem progressione  
dicendum erit, paucis pæmissis quæ ad ipsum primum Præpositum Richar-  
dum Blondum priuatim pertinent.

Richardus  
Blondus  
quis fuerit

XXV.

Richardus Blondus Equestri loco natus in Lecestria,  
politioni doctrinæ operam dedit Oxonij. Inde Profectus Romanum, postquam  
Philolo-